



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Assertiones Philosophicæ Fusius Deductæ Philosophiæ
Peripateticæ communioris Epitomen exhibentes**

Leuren, Peter

Coloniae Agrippinae, 1681

xxix [i.e. ii]. Forma hominis creatur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71607](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71607)

II. Forma hominis ex nihilo subjecti, se
 ex non præexistente subjecto materialit
 causante producitur seu creatur; respect
 cuius proinde sustentandæ materia non ha
 bet potentiam passivam, etsi hanc habeat re
 spectu ejusdem recipiendæ, ad quod suffici
 dari potentiam activam naturalem unientat
 illam materiæ; quamvis & Deus in creatio
 animæ gerat se ad modum agentis naturalis
 utpote non creans illam, nisi ad exigentiam
 materiæ dispositæ. Reliquæ formæ mate
 riales educuntur è materia tanquam causa
 materiali seu subjecto sustentationis, uti
 hoc dependent in conservari & operari.
 Dum autem educi dicuntur è materia, non
 est intelligendum, quòd præexistenter in ea
 actu & formaliter, neque secundum se totas;
 aliàs de facto existerent in materia formæ
 contrariæ eaq; infinitæ, & eadem in omni
 bus materiis, cum formæ omnes ex eadem
 materia, & forma eadem ex omnibus mate
 riis possit educi; & nulla fieret mutatio; cum
 nihil produceretur de novo, ne quidem
 unio; nam & hæc juxta adversarios eodem
 modo præexistisset in materia; neque se
 cundum partem sui, quæ dein in generatione
 per

per additionem novæ partis compleatur; hæc enim nova pars vel etiam præexistit in materia, vel non, & sic adhuc juxta adversarios produceretur ex nihilo; sed quòd virtute contentæ fuerint in & à materia, sive quòd materia habuerit virtutem, eas cauſandi materialiter; id enim est, effectum in virtute cauſæ contineri. Sic quoq; cælorum & Elementorum formæ de facto sunt productæ; supponendum enim est, Deum eas secundum earum exigentiam, quâ exigebant dependenter à materia produci, sicut & postea conservari, produxisse. Cui non obstat, formas has esse quoq; incorruptibiles. Quia tamen in materia non præexistit privatio harum formarum, utpote quæ simul cum materia fuere productæ (actione tamen distincta à creatione materiæ) & quibus materia non nisi naturâ fuit prior, non sunt generatæ generatione Aristotelica, quæ includit mutationem. Similiter formæ accidentales, tam modales, quàm absolutæ; tam spirituales, quàm materiales; tam naturales, quàm supernaturales producuntur per educationem; ita tamen, ut ipsæ actiones educantur *ut quo*, excepta creatione, quæ creatur *ut quo*, nec
habet

habet subjectum inhæſionis aut sustentationis, sed adhæſionis tantum, nempe rem creatam; dicuntur tamen accidentia supernaturalia, V. G. habitus fidei &c. à Deo infundi non quòd ab eo creentur, sed quia non possunt ab agente naturali naturaliter educi; quæ ratione verò educantur è potentia obedientiali animæ, leges infra, ubi agetur de potentia obedientiali passiva.

III. Possunt nihilominus accidentia materialia & nominatim modalia à Deo creati tolli enim potest à modis dependentia, quæ dependent à modificato in ratione subjecti, utpote ab entitate modorum distincta, etiam tolli ab iis nequeat connexio illa, quæ ita connectuntur cum suis modificatis actu existentibus, ut impossibile sit, eos ab illis existere separatim, utpote ipsis modis identificata. Idem est de formis & modis substantialibus. E contra nulla in eo apparet implicantia, si forma substantialis immaterialis, exigens creati creatione à se distincta, educatur; non enim talis forma formaliter per se ipsam est independens à subjecto; nam sicut ideoeductio identicè est dependentia rei à subjecto, quia
præ-